

6 (o)

nec ad fidem, nec ad meritum Christi respicerent & contumelia pro! contemptu ac convitiis totam formam Christianismi in Abnegationem nostri *πυλὴ καὶ λαζ* transfundere, & transformare ausi sunt, ea propter etiam dominia & proprietates tribuere non veriti sunt anomis, & exorbitationibus mali seculi, ut nec verecundiam signaverint, asserendo, *Bonorum omnium in STATU INTEGRITATIS fuisse communionem*; mansisse eandem minimum inter PATRIARCHAS, tam ante, quam post diluvium; & deinde etiam superfuturam fuisse, nisi malorum hominum artibus, invidia & avaritia duce, res aliter cessisset, ut nunc dominia ac proprietates obtinerent, ubi multo jure adhuc communio bonorum locum habere posset.

Postquam & porro inter nos surrexerunt, qui Rempublicam ut felicius corrigerent, fictis nominibus, provinciis, gentibus & titulis, id magis commode fieri posse rati sunt; & hac quidem ratione non modo innotuerit PLATONIS *Respublica*, XENOPHONTIS *Rex*, CICERONIS *Orator*; Verum & in iis temporibus, quæ ad nos propius pertingunt, conspiciatur: THOMÆ MORI *Utopia*, ERASMI *Moria*, THOMÆ CAMPANELLÆ *Civitas solis*, DIDACI BERNARDINI, sive JACOBI BIDERMANNI *Utopia*, JANI NICII ERYTHRÆI, *Eudem. Libr. X. Mundus alter & idem*, Nova *Solyma* ac JOHANNIS BARCLAJI *Argenis: Historia de populis terre Australis incognitæ*, qui SEVERAMBES nominantur, *Monarchia Solypsorum*, *der Staat des Königreichs Ophir*, L. JOACHIM MEYERS *Lycurgus* & quæ demum DORNKRELLIUS alibi, si non & FRANCKIUS Halis intendit; tunc hæc singula ad emendationem

nem